

perentur, quia nempe Ecclesia domusque a societate remota sunt, quod valde incommodum, atque indecorum esse possent.

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut desistant, an dicta Ecclesia Parochus & Aeditui tuta conscientia annui perpetuaque redditus libras duodecim, ea conditione sibi oblatas, ut res esse fiant, prout se habent, acceptare possint?

R E S P O N S I O.

Theologiae Doctores subscripti, qui presentem Expositionem viderunt, existimant, nec Parochum, nec Aedituos Proprietarii oblationem, de qua in proposita facti specie, tuta conscientia acceptare posse, quia turpitudine atque incommoda, quibus Ecclesiam, & Fideles grandj causa convenientes subesse pro certo ponitur, non sunt ejusmodi, quae argenti pretio emi possint, aut compensari. Removenda nimirum sunt, quantum quidem fieri potest, rumor, cantilena, atque alia licentia genera, quae Cauponas comitari solent, quaeque a populo, & a Sacrosancti Altaris Ministris percepta auribus non possunt, quin a rerum divinarum contemplatione vehementer animos avocent.

Dedecet quoque non parum Ecclesiae lucem adimi, vel imminui. Cum porro locus sanctus, atque orationis & meditationis domus Ecclesia sit; Parochus, & Aeditui, e quibus ille quidem ejus Ecclesiae spiritualia, hi vero temporalia negotia procurant, nunquam assentiri debent aedificia servari licentia interservitia, & apta nata Ecclesiasticae functiones perturbare, atque interrumpere; praesertim cum Ecclesiae istius privilegia gaudeant, quibus Aedes Principum, quibus privata aedificia nihil omnino officere debent, docente Glossa in cap. Nulla 12. q. 4. quae refert, Legem, Quicumque eod. de operibus publicis, cui addi potest auctoritas Capitis Nulla & cap. Sicut antiquitas 17. q. 4.

Decisum in Sorbona hac die 4. Maji an. 1686, Aug. de Lanet.

C A S U S II.

Reditus redemptus.

Qui reditum debet, non tenetur Creditorem monere de duplici redemptione, quam Lex eidem concedit, cum plus quam triennalis est Reditus constitutus summo paratis sit duplicem redemptionem solvere, siquidem ex ipso petita fuerit.

Q U E S I T U M.

Robertus Reditum debet, ei filius est Ludovicus nomine. Creditor Jacobus est, ejusque haeres Antonius.

Occubuit Robertus, cum libras mille ducentas Jacobo deberet ex elapsis censibus, senore, tercentarum librarum sententia, mutuis mercibus, & preterea libras annuas triginta quatuor trifariam solvendas.

R E L A X A T I O N E S.

C A S U S.

Relaxationes Christianis prohibita.

- 1. Ea vita ratio, quae saculi dicitur, saluti adversatur.
2. Quod innoxia voluntatis nomine donatur, saepe est summopere criminofum.

Q U E S I T U M.

Consefarius Urbis in Gallia secundum Pacificos maxime nobilibus Doctores rogat, ut dicant, quid sentiant de Christianorum conventibus, in quibus sunt Concertus, Ludi, Illuminationes, & Epulae magnificae. Ex horum ludorum numero sunt alee.

Inter magnificas epulas nonnulli Choreas, & Personas adjunctas habent; & in Concertibus locum habent dramaticae cantiones. Testantur nonnulli conventus hos in suis locis haberi, in quibus existit, quicquid innoxiarum vocabatur concedit Christianis Religio; hi tamen ipsi de Ethnico Principe verba facientes, inter peccata, quae Deum ejus imperio intemum reddere poterunt, referunt ejus Praesertim magnificentiam, necnon ciborum copiam, & mensa molitiam.

(*) 1. Epist. G. 2. v. 15.

Patris hereditatem & boni repudiat Ludovicus, intelligens ei res alieni dimidio plus esse, quam patrimonii.

Jacobus Creditor conventionem inquit cum Ludovico, & libras mille ducentas redigit ad octingentas, annorum 16. spatium solvendas, nempe quinquaginta quotannis, non sine triginta quatuor annuarum librarum reditu, quem Ludovicus novo titulo, quemadmodum etiam dictas octingentas libras obligationis jure se recipit solvendum, ea conditione, ut si una hac distorum redituum redemptionem impedire non possit, ut rotundis verbis Ludovicus ipse pronuntiat.

Nota si hereditatem ad Ludovicum spectantem longe minoris esse, quam libras octingentas, ac census, quibus ille se subdidit.

II. Ludovicum compositionis tempore ignorasse de Lege, quae duplicat redemptionem post annum a constitutione tricesimum, eumque, si de ea scivisset, fuisse sibi ut in aliis, ita hoc in capite prospecturum, ut nempe simplicis redemptionis permissionem renovandam careret; aliter quippe nullam obligationem suscepisset.

Ludovicus biennio post initam compositionem forte fortuna de hac duplici redemptionis Lege audit, & ex contrariis intelligit, reditus, de quibus queritur, ante annos quadraginta quinque, & amplius esse institutos.

Quaeritur, an Ludovicus hac dispositione distorum redituum partem simpliciter redimere poterit, quin de creatorum redituum tempore, vel de duplici redemptionis Lege Antonii Jacobi filium commonefaceret, atque an duas alias partes in eadem animi preparatione redimere possit.

Rogantur etiam, atque etiam Sorbonae Doctores, ut super hac facti specie aperiant, subscribantque sententiam suam.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum Ludovicum censet debere se Legi subdere, quae reditus ante annos triginta constituti redemptionem duplicat, cum id ex ipso postulat, quavis de eadem Lege ignoraverit, cum quim Lex publica sit, eam ipse scire debuit; ut prohibe ejus ignorantia derogare non debeat juri tertii, scilicet Antonii Creditoris, qui bona fide cum ipso egit. Quia porro Ludovicus teneri non creditur Antonium de ipsius jure monere, deque eo, quod exire potest, ideo Ludovicus ipse redituum partem, & sic porro, simpliciter redimere potest, propterea quod ad Antonium spectat suo duplici redemptionis jure uti, illudque sibi vindicare; cum Ludovicus non impediat, quominus idem Antonius distorum redituum Contractus, & commedum, quod inde adversus eum percipere potest, cognoscat & expendat. Unius igitur Antonii culpa fit, ut ipse simpliciter tantum redemptionem recipiat, quantum Ludovicus duplicem tradere paratus est, si ex ipso petatur.

Decisum in Sorbona hac die 11. Septembris an. 1695.

G. Fromagenet, Ph. De La Cofte, G. Bourret.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet ejusmodi conventicula, in propositis quidem circumstantiis, id initio statim praesertim, quod valde repugnat Sacrae Scripturae, ejus regulae in Novo Testamento id a Christianis debet requirunt, ut a Saeculi, vitaeque illecebris sibi temperent, & praesertim cupiditates coercant. (a) Ne diligatis mundum, inquit S. Joannes, nec quae sunt in Mundo. Si quis amat mundum, inquit amor Patris non est in eo. Jam mundus praeterit, & concupiscentia mundi praeterit cum eo. S. Paulus loquens de passio nibus ad Galatas ait: (b) qui sunt Jesu Christi, crucifixione carnem suam cum suis passionibus, & desideris inordinatis.

Sane nihil magis ad mundi amorem allicit, eique nos devinet; eos tenet quam varie, quae in eo percipiuntur, voluptates; quae nihilque cohibendas animi motibus magis opponitur, quam quod eodem excitandi vim habet. Jam vero constat, quid quod occurrit in conventiculis, de quibus supra dictum est, ejusmodi esse, ut in Christianis cordibus terrenorum rebus dilectionem, & passionem contra id, quod factum opus est, rebellionem producere possit, ac sere producat. Ex quo concludi licet, conventus hos, quippe qui Christianis occasiones proxima peccati sunt, istam permittere non esse.

Preterea si paulo attentius & singillatim expendantur ejus voluptates, quas innoxias nonnulli nuncupant, facilius Novu erit eas esse prohibitas, aut saepe sepius laedendi divini Nominis occasiones proximas esse ob circumstantias, quae cum hujusmodi oblectationibus passim conjunctae sunt. Personarum utis

(b) Cap. 5. v. 4.

exempli causa non est permittitur, si ut personam incedas, alterius sexus veste utaris. Etsi per se malam vestem in hunc modum mutari, ut loquitur D. Thomas: (a) vitiosum est de se, &c. Alex. praesertim cum de gravibus summis agitur, pecunie cupiditatem atque amorem excitant, animum perturbant, multaque compluribus causis praebent. Karo choreas sunt innoxias S. Francisci Salesii sententia, Dramaticae cantilene Christianum cor molliant, & saepe animis insipienter sensibilem Christianum virtutum praxi contraria. Imperite denique quibus haec magnifica epulae, & caetera omnia praeantur, quibus horum conventuum relaxationes constant, immodice sunt quoad personas, quae primas non tenent; atque ut ab iis ferent, qui gradu praesertim, si frequentiores essent, probari

tamen non possent, sed potius pauperum solatio inservire deberent; quoniam ea dispendia spectanda sunt tanquam superfluum, quod ad pauperes spectat, & quod ipsis proinde tribuendum est.

Fateendum tamen in exhilarationum occasio nibus extraordinariis, & quatum graves cause sunt, ejusmodi conventus aliquando permitti posse, dummodo caeteroquin hi gradu praesertim viii etiam atque etiam viderent, ne quid uno verbo in istem conventibus existat, quod peccandi proxima occasio esse possit.

Decisum in Sorbona hac die 2. Augusti an. 1700.

G. Fromagenet.

R E L I G I O S I E T R E L I G I O S A E.

Religiosorum nomen, quod olim Christianorum omnium commune erat, hoc tempore iis tantum tribuitur, qui ab humana societate recedant, ut in Monasteria seu Communitates se se recipiant, ubi vitae statum Deo prorsus additum, atque Evangelicorum consiliorum exercitia per vota tria solemniter Paupertatis, Castitatis, & Obedientiae profitentur. II nimirum sunt, quos Monachos appellavit antiquitas. Non desunt, qui eorum originem ab Ecclesiae exordio repetant, contentantque Philonis Therapeutas Monachos existisse; hac Sancti Hieronymi, S. Epiphani, Cassiani, & Sozomeni opinio est, cui quidem ex parte subscribit Bernardus de Montfaucon in sua Tractatus Philonis gallica versione, quam Lutetiae Parisiorum an. 1709. typis edendam curavit, quaeque a nonnullis Auctoribus confutata fuit. Complures Ordinis Religiosorum antiquitatem Sancti Dionysii Arcopagita testimonio confirmavit, quod nempe Sanctus hic Episcopus in Ecclesiasticae Hierarchiae libro de iis diserte loquitur, & caeremonias atque sua in Religiosorum receptione servari solitas asserat; sed hac quidem probatio pro certo ponit, Opera, quae Sancti Dionysii Arcopagita nomen praesertim, vere ejus non esse, cum contra longae recentiorum, videlicet saeculi quinti Scriptorem auctorem habeant. Sanctus Epiphanius memoriae prodit, haereticum hominem Marcionem a juvenili aetate statum Monasticum amplexum fuisse nempe an. circiter 130. & Gracorum Menologia sanctorum ejus temporis Religiosorum nonnulla exempla suppeditant.

Quia tamen tribus prioribus Ecclesiae saeculis persecutio fere semper grassata est; haud facile credita est Religiosas Communitates, seu Monasteria iis quidem temporibus existisse; sique vero simile, Sanctum Antonium an. circiter 305. primum eorum Institutorem fuisse. Heremita quidem in Aegypto & alibi antea forsitan existerunt; ad difficillime ostendi possent fuisse Religiosos in una communi domo congregatos, ut eandem regulam sequerentur. Cum S. Antonius instituentem magnam hominum multitudinem suscepisset, a quibus Evangelicae perfectionis magister electus fuerat, primum suum Monasterium in inferiori Thebaidis deserto posuit, in loco, cui nomen Pilsper, prope montes, qui ad Nili Orientem sunt. Regulam deinde instituit, quae vel extra Aegyptum servata fuit, saeculo enim XII. aderat Constantinopoli Monasterium Religiosorum septingentorum, qui eandem servabant.

Anno circiter 330. S. Pachomius in gratiam Religiosorum superioris Thebaidis Regulam edidit, & Monasterium Tabennae jecit, quod in Insula prope Siennam vulgo ponitur, sed quod inferius fuisse videtur ad Nili ripam in Diocesi Thenthiensi. S. Macarius Aegyptius eos moderatus est, qui in Deserto Scetris se recipiebant. Mons Sinai, & desertum Raithae in Arabia excepti Solitarii ab exordio IV. Saeculi. Spectatur S. Hilarion tamquam Religiosi status in Palaestina, seu Terra Sancta Fundator; iis enim primum Monasterium ibidem extruendum curavit, cum interim Sanctus Antonius Aegyptiorum Religiosorum signifer & caput esset. Instituit D. Hieronymus Monasterium Bethleemi an. circiter 390. S. Basilus Caearea in Cappadocia Episcopus praedicatorem Monastici Ordinis in Asia minore fundator, quia Religiosos Provinciae Ponti praescriptis Regulam, quae deinceps in universo fere Oriente servata fuit. Anno circiter 430. S. Alexander Religiosus Acaemetarum Ordinem in Syria instituit. Erant illi Religiosi in turmas divisi, qui divini Officii canendi gratia alii aliis succedebant, ita ut diu nocturne nunquam deessent, qui in choro psallerent.

In Gallia, quae a Francorum victoria Franciae nomen sortita est, S. Athanasius eo veniens an. 336. Religiosam Professionem, quam Romae instituerat, ibidem significavit. Quarto saeculo Insula Barbara prope Lugdunum incolebatur ab Heremitis, quorum societas fuit prima sortasse Monachorum Communitas, quae in Gallis institueretur. Ajunt alii Monasteria omnino nulla ante Sanctum Martinum in Gallia existisse, eorumque institutionem tribuendum esse huic magni nominis Episcopo, qui fundavit Marmusteriorum Abbatiam, & complura alia Monasteria in Jurena, ubi ita excrevit Religiosorum numerus, ut decem mille & amplius ejus sepulturae interessent. Illius discipuli, aliae exemplum sectantes passim in Gallis, & praesertim Rothomagi, Teruanni, Cenoniam, Tolosa, Marsilia, in Insula Lerinenti, Arelate, Vienna Allobrogum, Lugduni, aliisque in locis Monasteria exere; quorum Religiosi omnes S. Benedicti regulam sequebantur, sed ita tamen, ut disciplina non aequa apud eos exacta foret atque in Oriente, minus labori vacarent, ac leviora jejunia custodirent.

Monachi fere omnes Laici erant; nullaque in iis alia, ut Monachi evaderent, dispositio requirebatur, quam bona voluntas, ingeniumque poenitentiam agendi, & in Christiana perfectione proficiendi desiderium. In eorum album referebantur ex omni conditione & aetate, atque adeo pueri, qui in pietate educandi a parentibus offerrebantur. Excipiebantur servi aequae ac liberi, assentientibus tamen dominis, rudes aequae ac docti, atque adeo non pauci legere scientes. Non prompti ingenii, non robusti corporis ratio habebatur; poenitentiam agebat quique pro viribus. Veri omnes Monachi Coenobita erant & Anachoretae; verum haud multo post pseudo-Monachorum extitere genera duo; alii certo quidem loco addicti manebant, sed soli, vel duobus tantum tribuere aditibus focus, non pendentes, non subiecti, nullaque regulam praeter suam ipsorum privatam voluntatem sectantes, majoris perfectionis praetextu; & Sarabaita nuncupabantur. Alii, qui Gyrovagi, seu Monachi errantes appellabantur, quique caeterorum omnium deterrimi erant, nunquam non huc illuc concurrebant, per omnia Monasteria transeuntes, & in nullo consistentes, per-

(a) 2. 2. q. 196. art. 1. ad 3. Lemes Tem. 11.

perinde ac si satis perfectam vitæ rationem nullibi comperissent. Monachorum, qui vere ejusmodi erant, hospitalitate abutebantur, ut laute exciperentur, omnia subibant loca, omni hominum generi se se immiscebant, & inordinate viventes, a vita Monastica, cui dedecus afferebant, alieni erant.

Ab annis jam prope ducentis vigeat vita Monastica, cum S. Benedictus, in solitudine jamdiu versatus, & jamdiu Monachorum institutione potius suam Regulam scripsit, in ejus Monasterii gratiam, quod in Monte Cassino Romam inter & Neapolim ipse fundaverat. Eam ille Orientali molliorem reddidit, haud quotidianum jejunium imponens; sed manuum laborem; exactum silentium, solitudinemque servavit; permixtum vini non nihil, & præter panem obsonium duplex. Regula hæc adeo rationi consona visa est, ut eam Occidentis plerique Monachi amplexi fuerint, & in Galliam detulerint.

Initio quidem Monachi Episcopis, & Pastoribus ordinariis subiecti erant, ac in Ecclesia occupantes locum, qui universo populo communis esset, quia nempe ex Laicorum numero erant. Verum cum inter eos non desset docti viri, & servitio Ecclesiæ præstando idonei; eos Episcopi a solitudine abductos ad gravia munia vocarunt, quibus optime perfungebantur, ut ex Nestorii negotio apparet; sed cum illi omnibus se negotiis admiscerent auctoritate sibi concessa abuterentur; visum est Chalcedonensi Concilio Leges condere, quibus incommoda, quæ illi Ecclesiæ afferebant, averterentur. Quamobrem Concilium hoc statuit, ut illi Episcopis omnino subesset, nec amplius absque eorum permissione se ulli negotio vel Civili, vel Ecclesiastico admiscerent; ne a propriis Monasteriis recederent, ut hæc illac vagarentur, & ad Urbes accederent; ne ullum Monasterium vel Oratorium extruerent, nisi loci Episcopo permittebat, atque ab Ecclesiasticis muneribus arcerentur, nisi ad ea ab Episcopis, ita expedire judicantibus, acciti essent. Ita quidem quoad Religiosos statuit commune Jus.

Sed Episcoporum jugum plerique deinde excusserunt. Cum Sanctus Ordo Monasticam disciplinam propagasset in Cluniacensi Familia, an. 919. Abbatibus Bernonis studio & opera instituta; Familia hæc titulo fundationis sub peculiari sancti Petri & Pontificis protectione posita fuit, prohibitis omnibus secularibus & Ecclesiasticis potestatibus, ne Monachos in bonorum possessione, vel Abbatibus electione turbarent. Hæc de causa se ab Episcoporum Jurisdictione exemptos contenderunt, & privilegium hoc ad omnia Monasteria a Cluniacensi pendentia extenderunt. Hæc Familiarum complurium unum caput habentium Congregationis prima est, immediate Papæ subiecta, ut unum corpus constituat, vel ut nunc temporis dicitur, Religiosorum Ordinem unum. Recepit vita Monastica novum decus in Cisterciensi Familia, a Sancto Roberto Molefmi Abbate an. 1098. fundata. Adhæsit ille Sancti Benedicti Regula, restituit manuum laborem, silentium, & solitudinem, Sumpsit albi coloris habitum; & Monachorum quidem Alborum nomen his potissimum Religiosis, quemadmodum Nigrum Monachorum nomen Cluniacensibus inditum fuit. Ordo hic brevi temporis spatio mirum in modum excrevit, ita ut quingentæ Familiae a fundationis anno quinquagesimo septimo existerent. Ejus præcipui filii sunt Firmitas, Pontiacum, Claravallis, & Morimontium, quibus adhuc insignia, ac peculiaria suppetunt privilegia. Abbatia Claravallis an. 1135. a Sancto Bernardo Cisterciensi Monacho fundata fuit; verum adeo illustre magni hujus Sancti nomen evasit, ut ille tamquam Ordinis Caput spectatus fuerit, & Cistercienses Monachi Bernardini nuncupati.

Cum porro disciplina omnino corruisset apud Canonicos, qui ab humana societate minus, quam Monachi sejuncti essent; Sancto Petro Damiano sollicitante, Nicolaus II. an. 1059. Episcoporum 113. Concilium Romæ celebravit, in quo, simonia, & concubinato proscripitis, jussi sunt Clerici communi domicilio, communique mensa uti, & quicquid ex Ecclesiâ recepissent, in commune conferre; eisdemque Synodus cohortata est ad communis Apostolicæ vitæ rationem, ut nimirum nihil omnino peculiare ac proprium haberent. Decretum hoc renovavit an. 1063. Alexander II. in centum & amplius Episcoporum Concilio. Clerici autem communem vitam amplexi Regulares Canonici sunt appellati. Magno illi in honore fuerunt sæculis undecimo ac duodecimo, & in plerisque Cathedralibus Ecclesiis obtinuerunt. Hinc extiterit Sanctus Rufus prope Valentiam in Delphinatu, & Sanctus Victor Parisiensis an. 1110. Inter hos Ordines clarissimus fuit Præmonstratensis, a Sancto Norberto an. 1120. fundatus.

Religiosorum ad illud utique tempus incognitorum novum genus, nempe Militares Ordines Cruciatæ prodixerunt. Omnium celeberrimus est Ordo Sancti Joannis Hierosolymitani, qui cepit ab Hospitali, ubi Peregrini excipiebantur. Terra Sancta potius Barbaris, hujus Ordinis Equites Rhodum se receperunt an. 1310. sed cum eos inde expulissent Turcæ, Imperator Carolus V. Melitensem Insulam iis dono dedit, ubi illi an. 1530. domicilium posterunt. Eodem tempore extiterit complures Religiosi Ordines Hospitalarii, in eum finem instituti ac destinati, ut vel ægrotantibus deservirent, vel peregrinos exciperent; eorumque nonnulli Captivorum redemptioni se devoverunt.

Sed omnium recentiorum Religiosorum celebratissimi sunt Mendicantes. Sanctus Dominicus Oxoniensis in Castella Canonicus, cum Episcopum suum itinerantem secutus esset, constitit in Occitania, ut ad Albigenium conversionem incumberet an. 1206. Coegit nonnullos Presbyteros, annoque 1216. ab Honorio III. privilegium obtinuit Prioratui Sancti Romani Tolosani in favorem Clericorum, qui ibidem eum ducent ac magistrum sequebantur juxta Sancti Augustini Regulam, quam ille jam ut Canonicus amplexus fuerat; ii porro Fratres Prædicatores sunt nuncupati, atque is Ordo in Ecclesiâ perillustri evasit.

Sub idem tempus Sanctus Franciscus, Assisii Mercatore patre natus vitam extremæ paupertatis ac poenitentiae addictam ducere cepit, nonnullisque sibi socios adjunxit, alios Clericos, Laicos alios, quibus peculiarem præscripsit Regulam, quamque Honorius III. an. 1223. confirmavit, quamque Sancta Clara Assisii & ipsa orta eodem tempore amplexa est. Sancti Francisci Discipuli dicti fuerit Fratres Minores; & Ordo Monialium Sanctæ Claræ nuncupatus est secundus Ordo Sancti Francisci; ac Tertius Ordo viros ac feminas, in humana societate, atque adeo in matrimonio viventes, & quantum eorum status patitur, Sancti Francisci Regulam servantes complectitur.

Eodem ineunte sæculo, Albertus Hierosolymitanus Regulam Heremitis in Monte Carmelo viventibus, magnæque austeritati addictis præscripsit. Cum eorum nonnulli in Europam venissent, ipsorum Regula an. 1226. confirmata fuit. S. Ludovicus nonnullos Parisios duxit an. 1254. eosque nos dicimus Carmelitas, quorum origo non supra decimi secundi sæculi finem asurgit.

Sub idem quoque tempus Alexander IV. collegit in unum Ordinem plures Heremitarum Congregationes, diversorum nominum, & diversarum institutionum, sub nomine Heremitarum Sancti Augustini. Hæc nimirum præcipuorum quatuor Ordinum mendicantium origo est. Omnes enim Religiosi se nihil in bo-

in bonis possidere vel in commune, & ex quotidianis tantum Fidelium elemosynis subsistere profitebantur. Ad studium, ad prædicationem, ad poenitentiae administrationem, ut hæreticos, & peccatores converterent, incumberebant.

Post initium sæculi XVI. prodire complures Clericorum Congregationes, ut moribus reformandis, disciplina Ecclesiastica redintegranda, novisque hæresibus impugnandis studerent. Omnes tempore præcessere Theatini instituti an. 1524. a B. Marcello Gaetano una cum Petro Caraffa, qui deinde Papa Paulus IV. fuit. Decennio post S. Ignatius de Loyola jecit fundamenta societatis, in cujus gratiam an. 1540. a Paulo III. Bullas obtinuit. Ejusmodi sunt Religiosorum Ordines insigniores, qui redigi possunt ad quinque, ut sint Monachi, Canonici Regulares, Equites, Mendicantes, & Clerici Regulares; ut de Cartusianis an. 1086. a Sancto Brunone fundatis nihil dicatur; nihil de Religiosis Grandimontii fundatis a Sancto Stephano an. 1047. nihil de Camaldulensibus, auctore Sancto Romualdo an. 1012. nihil de Ordine de Fontevraud, Fundatore Roberto Abriffello an. 1099. nihil de Coelestinorum Ordine; Institutore Petro Morono, qui summus Pontifex fuit Coelestinus V. dictus an. 1294. nihil de Minimis, quos S. Franciscus de Paula an. 1467. instituit, nihil denique de variis variorum temporum Reformationibus.

Omnes hæ Religiosorum Ordinum institutiones non virorum tantummodo peculiare ac propria fuerunt; in eorum partem venire feminas, ac non uno sæculo desiere virgines, ac viduas, quæ Ordines instituerent, & omnino mundo nuntium remitterent, ut in Monasteria se reciperent, ibique orationi, ac meditationi, divinoque Officio psallendo, procul ab omni seculari commercio vacarent. Hinc ortum traxere Canonicæ Regulares S. Augustini an. 800. hinc Religiosa Ordinis S. Dominicæ an. 1216. hinc Religiosa S. Birgittæ an. 1344. hinc Annuntiata fundata a Regina Joanna conjuge Ludovici XII. Galliarum Regis an. 1502. hinc aliæ Annuntiata caelestes an. 1602. hinc Religiosa Ursulina an. 1537. hinc Virgines Visitationis an. 1610. hinc Religiosa Presentationis an. 1625. hinc denique Benedictina, Bernardina, Hospitalaria, Virgines Sancti Sacramenti, Carmelita reformata & non reformata, Foliantina, Capucina, Franciscana Minores, Religiosa de Fontevraud, aliæque complures.

In Cleri Monumentis Constitutiones bene multa ad Religiosas utriusque sexus personas spectantes occurrunt. In iis declaratur, exempli gratia, Monachos, & Religiosos, quacumque denum in Urbe, vel Regione instituti fuerint, Episcopo obedire debere; id quod ex Caroli Magni Capitularibus ductum est; nullum virum nullamque feminam ad Religiosam Professionem admitti posse, nisi sexdecim ætatis annos compleverint in qualibet Abbatia, ac Prioratu Conventuali Præceptorem fore, qui Monachos & Religiosos edoceat. Constitutio an. 1629. art. 4. mandat Prælati omnibus, tam Regularibus, quam Secularibus, ut intra sex menses ab ejusdem publicatione Abbatibus, Prioratibus, aliisque Dioeceseon suarum Familiis tam Religiosorum, quam Religiosarum, quæ in reformata Congregatione non fuerint, reformandis invigilent, in hisque Monasticam Regulam, & Clausuram servandam curent, non obstantibus quibuscumque reservationibus Sanctæ Sedi, ac dent operam, ut earundem Congregationum Prælati Regulas & Constitutiones ibidem servandas jubeant, suoque muneri satisfaciant.

Ex Ebdico an. 1606. art. 7. Religiosi, cujuscumque tandem Ordinis fuerint, extra proprias Abbatias absque Prælatorum suorum commeatu versantes in carcerem, Archiepiscopis, & Episcopis, eorumque Magnis Vicariis, vel Officialibus mandantibus trudi possunt; multarique poenis & correctionibus arbitrariis, quæ executioni mandentur, non obstantibus omnibus privilegiis, executionibus, appellationibus, &c.

Quod attinet ad concionandi facultatem Religiosis concessam, quod idem de confessionum excipiendarum potestate statendum, dictum est alias, iis non licere confessiones audire, quin antea examen subierint, & ab Episcopo Dioecetano, vel ejus Magno Vicario approbati fuerint, cum ea, quæ ipsi quidem statuenda videbitur, restrictio; eos ut non posse ullis indultis, aut privilegiis suæ Sanctitatis, ut a casibus reservatis absolvant, cujusmodi sunt hæresis, & irregularitas, quin ea Dioecetanus Episcopus firma ac valida judicaverit; Religiosos, eos ipsos, qui se exemptos dicitant, in nullis Ecclesiis, ac ne in propriis quidem, absque Dioecetani Episcopi permissione concionari posse, nihilque non orthodoxum in poenitionis poenam prædicare debere; Abbates, Priores, Capitula, & Communitates, qui Rectores, aut Parochi primitivi Parochialis alicujus Ecclesiæ sunt, nec edere, nec edenda mandare posse ulla Curialia munia, nisi Episcopi, vel ejus Magni Vicarii accesserint approbatio; Religiosos, sub exemptionis prætextu, renere non posse Episcopi Mandata, quæ ad se quidem missa fuerint, enuntiare, vel publicis sibi significatis Processionibus interesse; eosque cavere debere, ne Parochialem Missam audiendi, & Poenitentiae, atque Eucharistiæ Sacramenta in propria Parochia saltem Paschali tempore percipiendi obligationem suis in concionibus impugnent.

Sua quoque Abbatibus, Prioribus, aliisque Monialibus Mandata sunt. Abbatissa opus habet Episcopi, cui ejus Monasterium subditur, confirmatione. Religiosa, edita Professione, e Monasterio egredi nequeunt, vel ad breve tempus, quocumque prætextu, absque Episcopi, vel alicujus alterius Superioris permittu. Abbatissa eligi nequeunt ante quadragesimum ætatis annum, & ante octavum ab edita Professione, non sine laudabili vitæ ratione. Nonnunquam eligi possunt Antistitæ ætatis anno tricesimo, & Professionis quinto, dummodo Episcopus, vel aliquis alius superior assentiat. Una eademque Monasteriorum duorum Antistita esse non potest. Moniales singulis mensibus confiteri, sanctamque Communionem percipere debent; mandaturque, ut præter ordinarium Confessarium Episcopus, vel aliquis alius Prælati bis aut ter in anno alium extraordinarium ad eas mittat; ut Monialium Clausuram accurate custodiant Archiepiscopi & Episcopi, a quibus inobedientes Genfuris Ecclesiasticis percellantur; ut eorumdem Monasteriorum Clausuram nemo unus subire possit, quæcumque ejus qualitas, sexus, vel ætas fuerit, absque Episcopi vel alterius Prælati scripto expressa licentia, tantummodo in necessitariis casibus, sub Juris poenis; ut denique Sanctimonialia proprii Ordinis habitum deserant, quin ullam secularem speciem affectent.

Vide {
ABBAS, ET ABBATISSA.
PROFESSIO.
PROPRIETAS.
RECLAMATIO.
VOTUM.

CASUS I.

Reus damnatus, absolutusque, qui Religini nomen dare vult.

- 1 Sacerdos ad Trimeses damnatus, cum gratiam consecutus in res Religiosas cooptari potest, si ejus animus divino instinctu afflatus esse, ipsaque resipuisse moraliter certum sit.
2 Ejus porro peccatio antea quam diligentissime expendenda est.

QUÆSITUM.

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut super hac facti specie suam scripto sententiam exhibeant. Sacerdos ob publica & scandalosa crimina ad Trimeses damnatus fatis in Aula gratia valuit, ut a damnatione liberaretur, & Rex gratiam concessit, & Patentibus Litteris in Senatu cognitis vetuit, ne quis damnationem ei reprobraret. Presbyter hic Divino se Numine afflatus sentiens, apud se statuit ad asperum, strictæ reformationis Ordinem penitentiae agende causa se conferre. Pollulat, recipitur in Clericium Monasterii strictæ Observantia, atque adeo Ordinis habitu induitur; Superior Generalis certior factus receptum esse hominem ita notatum, Priorem, qui eundem Presbyterum ad Novitium admisit, per litteras monet, admisionem hanc Ordini turpem esse, et habitum tribui omnino non debuisse, cavendumque etiam atque etiam, ne Professionem edere permitatur, presertim cum Sixtus V. edita Bulla, prohibuerit, ne iis in Monasteria ingressus concederetur, qui ad ejusmodi penas damnati fuissent. Urget Novitium cum magna pietatis laude susceptum opus, & ingenium conversionem præferri. Superior Monasterii, in quo is actu est, querit, eumne rejicere debeat, an vero ad Professionem admittere possit?

RESPONSIO.

Consilium Conscientia subscriptum censet, in Monasterium, Professionem edenda gratia quemvis admitti posse, quamvis maxime depravatis moribus fuerit, dummodo moraliter certum sit eum vere divino instinctu moveri, & penitentiam agere velle; nihilque præterea in Monasterii Regula & Constitutionibus sit, quod impediatur, quominus Superior ejusmodi hominem ad Professionem admittat, quemadmodum, teste Pelizario, in (*) Jesuitarum Societate statutum est. Objicit, Ordini turpe fore, ejusmodi infignes peccatores admitti, & sancto Religioni habitum indui; Sixti V. Bullam prohibere, ne in Monasterium aditus tribuatur iis, qui ad ejusmodi penas, eujusmodi ea est, de qua in expositione, damnati fuerint. Sed responderetur.

I. Fallo credi, Regularibus Familiis turpe fore, personas recipi, quarum depravata vita ratio publico scandalo fuerit, siquidem agenda penitentia tantum animo accesserit. Semper quidem Claustra, presertim vero antiquis temporibus habitata sunt tamquam recessus loca, in qua insignium criminum rei, ut ingenius lacrymis animi fordes abluerent, se recipiant, atque adeo penitentiam toto vite fæ tempore acturi compellantur. Visigothorum Lege ita Monasterii incestuosæ concluderentur; Judeæ res non differat separare, ne juxta qualiterem sexus in Monasteriis delegentur, illic jurgiter permanerent.

Libro 6. Capitularium Caroli Magni, & Ludovici Pii Seditiosi Clerici ita puniuntur: (b) Ut Clerici, qui in quacunque solutione arma volentes presumpserint, reperi amisso sui Ordinis gradu, in Monasterio penitentia includantur. Et lib. 7. Tales Sacerdotes, qui Ecclesiis conturbant, vitandi, & honore proprio sunt privandi, Carceribusque, vel monastica vita sub penitentia diebus vite sue tradendi, mala, qua egerunt, luituri.

In Aurelianensi Concilio, (c) quod refertur in Jure, statuitur, ut si quis Clericus adulterasse aut confessus aut convictus fuerit, deponatur ab officio, communiione concessa, in Monasterio vite sue tempore deturatur.

Generalius loquitur Toletana Synodus: (d) Sacerdotes, & alii Clerici incontinentes... si omnino coerceri nequiverunt, usque ad extremam vitam sua Monasteriis deputati, disciplinis Monasticis maneat omnino subiecti.

Refert S. Bernardus (e) Episcopus a Sancto Gregorio Magno in Monasteria conjectos fuisse, ut penitentiam peragerent.

In medium afferri possent Canonici & Civilis Juris testi-

(a) Pelizario, tom. 1. tr. 3. cap. 2. n. 20.
(b) Lib. 1. tit. 5. leg. 1. Capit. lib. 6. c. 321. & l. 7. c. 144.
(c) Concil. Aurel. III. Can. 7. in dist. 81. Si quis.
(d) Concil. Tolet. VIII. cap. 5.
(e) S. Bernard. tom. 1. de præc. & disp. cap. 15. a. 52.

monia non pauca, quibus palam fieret, olim fuisse magnopere in more positum, ut Clerici Monasteriis concluderentur, ubi criminum, quorum convicti fuerant, penitentiam agerent. Consulendi super hac re Antonius Augustinus, (*) & Gregorius Tolofanus.

II. Non solum in Claustra recipiantur, qui multis se criminibus inquinaverunt, ut ibi tamquam in carceribus, & penitentia quidem causa detinerentur; verum etiam ad Regularem fundam habent, atque adeo edendam Professionem admittent, siquidem illi ipsi penitentem, eoque vero conversionis & penitentia desiderio flagrare certo constitit.

Stephanus V. summus Pontifex Viro nobili homicidii reo auctor fuit, ut Monasterium ingressus Religionem profiteretur, atque ita peccatum hoc, & alia, quacumque patraverat, penitentia expiaret. Non creditur sane hic Pontifex Virum nobilem sibi dicto audientem id acturum fuisse, quod Monasterio, in quod reciperetur, indecorum foret. Idem quoque Sancto Bernardo visum fuisse esse, ut ad adolescentem multorum gravium criminum, consilio idem consilium dedit in hæc verba: (g) Quamvislibet fordes vitii, quantumvis sedam geras conscientiam, horrendique licet sceleribus tuam adolescentiam sentias inquinatam, & si inveteratae diurni malorum compunctis tanquam jumentum in stercore suo, mandaberis sine dubio, &c. Ubi abudavit delictum, superabundavit & gratia; tantum veni, & experire. Hic Pater, qui salutis animarum amore captus peccatores confestabatur, ut eos pertraheret, pronuntiat laudo laudato se minime dubitare inter suos Religiosos hominem, pluribus licet criminibus inquinatum recipere, eamque rationem affert: Non me sane horrebat hoc, & peccator non horreo peccatorem, nec agrum sperno, cum me sentiam agrotare: sed etsi me sanum putas non recuso infernus inferno fieri, ut infernum lucifaciam, liberet audiam, & hoc Pauli consilium, qui ait: Vos, qui spirituales estis, hujusmodi intrate in spiritum lenitatis, considerate se ipsum, ne & tu venieris.

Erant D. Thomæ atque, qui crederent, infignes peccatores, & qui vitam omnem criminibus polluisent, ad Religionem admitti non posse, nisi antea in Divinis præceptis se exercuisent, quod praxis hæc videretur consilium praxi, que in Religione suscipiuntur, premitenda, tamquam profusa necessaria dispositio. Sententiam hæc rellit Sanctus Doctor, statuitque in suis Opusculis, (h) quod faciam penitentem post quamcumque immunitatem peccatorum, vitam consiliorum possit scribere... Quis videlicet post peccata, quibus homo a Deo recessit, ejus præcepta transgrediens, ad majora debet animum exendere, & hoc esse medicum contentus. Tum subdit: huius vitæ rei multa exempla Sanctorum suffragantur: plerumque enim utriusque lætus post gravia factiora & fugitiva perpetrata, in quibus totam vitam suam consumpsissent, faciam consiliorum vitam assumens, nullo præceptorum exercitio, Religioni arduissima se deditur.

Hoc loco D. Thomas id ponit tamquam certum, Ordini indecorum non esse, infignem peccatorem recipi, adhuc quidem peccatorum plenum, sed ab iis tamen, Religione suscepta, se liberare volentem. Secus enim dicere non debuisset ejusmodi homines in Monasteria se recipere posse, si enim hic recipi non debuissent, eos ipsos debere, agende penitentia gratia, ad Religionem accedere. Debent etiam vitam consiliorum assumere, Religionem intrando, qui est perfecta penitentia factus.

III. Neque vero Jure novo vetus hic Ecclesiæ mos mutatus est, & Regularibus generatim Ordinibus vetitum, ne peccatores publicos, vel qui ob crimina damnati fuerint, ad Religiosam Professionem admittant. Sixtus porro V. de quo in expositione dictum est, iis, qui damnati fuerunt, Monasteriorum aditum non intercludit; etenim in Bulla Cum de omnibus an. 1587. n. 71. & in ea, de qua queritur, de iis tantum sceleris hominibus loquitur, qui ad Monasteria confugiunt, non pia intentione, sed ad evitandam legum & judiciorum severitatem, quia iusto in seculo vivere non possunt; tum demum querunt a Religione auxilium, quando aliunde illud non sperant... Ut his quoque subterfugii, & impunitatis spes omnino tollatur; omnes autem crimine novos, vel suspectos, ad Religionem perperam inobedientes declaramus. Esto Sixtus V. de omnibus universis peccatoribus loqui voluisset, quod tamen ita non habet: affert tamen postea, ejus Bullam temperatam fuisse, redactamque ad Juris communis, & Canonum normam Bulla Clementis VIII. in Supremis. Præterea Presbytero, de quo questio instituta est, poena, ad quam damnatus fuerat, remissa est; atque ita ejus causa quoad Religionis professionem est favorabilior, quam eujusvis alterius rei. His ita declaratis, proponitur responsum triplex, ut expositis questionibus satisfiat.

Pri-

(f) Anton. Auguſt. l. 9. de Mon. & Regul. tit. 13. quibus de causis aliquæ persone in Monasteriis includuntur Gregor. Tolof. l. 31. Syntag. Juric. c. 32. de detractione in Monast. 33. q. 2. c. Admou.
(g) S. Bernard. Epist. 471.
(h) S. Thom. opuscul. 36. alias 17.

Primum est; Presbyterum, de quo agitur, ad Religiosam Professionem admitti posse, modo in Ordinis, vel Familia, in qua Novitium agit, Constitutionibus nihil sit, quod repugnet.

Alterum est: non ideo eum a Professione arcendum esse, quod Superior Generalis, cujus nutus vim legis habere debet, refragetur; sed potius nihil omnino esse, ut, salva & incolum remanente, que ei debetur, observantia, ejus consensus obtineatur; quod si ille omnino repugnet, agi potest, ut in similibus casibus affloret, pro Regule & Constitutionum ratione.

Tertium est: antequam idem Presbyter recipiatur, expendenda est quam diligentissime ejus vocatio, videndumque, an vel ex ejus animi levitate, vel ex ejusdem cupiditatem depravatione exsistat timendi causa, ne ille deinceps tam malus sit Religiosus, quam malis hæctenus Presbyter fuit.

Decisum Parisiis hac die 29. Septembris ann. 1694.

G. Fromageau.

CASUS II.

Religiosus, qui Familia suæ malis occurrere vult.

- 1 Religiosus, qui Familia suæ malis mederi non potest, debet quamprimum ad Prælatos suos Regulares accedere, eoque de re tota certiores facere.
2 Si talem Prælato remedium non afferant, ad Ordinarium confugiendum est.

QUÆSITUM.

Pater A. . . electus est Definitor in Provinciali Capitulo, quatuor ab hinc mensibus habito, cum per annos novem, eoque continuus in tribus Familiis Prioris munere functus esset. Pater B. . . in eodem Capitulo Remensis Conventus Prior creatus est. Quinto circiter post die ille officio se abdicat, & a Provinciali substituitur in ejus locum Pater A. . . quamvis Definitor, & Novemarius; Quidam Religiosus consultantis Regularis, & impensis Clementis VIII. decimum Constitutionem, compertis id hinc Bullæ maxime repugnare, edicte assum, qui sequitur, & coram dicto novo Priore, omnique Communitate eundem legit.

Ego subscripserim declaro iis, quorum intererit, me tuta conscientia electioni Parisi A. . . assentiri non posse. I. Quia Clemens VIII. in sua decima Constitutione §. 9. & 10. prohibet in virtute factæ obedientie omnibus Ordinibus nostri Prioribus, ne post Prioratus annos novem immediate pergant Priores esse. II. Quia §. 9. tum eligentes, tum electos ipso facto excommunicat, eoque in perpetuum dignitatus, officii, & immunitatis omnibus privat. III. Quia eodem paragrapho ejusmodi electiones nullas, invalidas, omnique effectus expresse declarat. IV. Si duo confanguine ad tertium usque gradum suffragis suis electionem quamcumque promoveant, eam electionem Pontifex nullam pronuntiat, & talis quidem apud nos eadem censetur; porro ille in eadem Constitutione Prioris novennalis electionem nullam & sine effectu declarat; quo loco animadvertendum est, ab Ordine nostro ex Clemente VIII. petitam esse Constitutionem hanc, qua a seculo semper abique ultra intermissione servata est. V. Dicitur Pater A. . . Definitor est, iuribus ac privilegiis dignitatis suæ annexis gaudet, jam vero in Regula nostris expresse prohibetur, ne Definitor sit Prior: Strictè prohibemus, ne &c. VI. Is quoque non potest Vicarius & Prior esse; id declaratum est in Generali Capitulo Romæ habito ann. 1685. Explicatur hæc prohibitiones in nostris Legibus; denique tanquam Definitor, & Novemarius Pater A. . . denique a Prioratu & Vicariatu. VII. Conventus noster Remensis Novitios habet, qui aliquando contra Professionem suam reclamare poterunt, agentes hæc vota sua in Superioris illegitimi manibus edidisse.

Actus hic missus est ad Officialem, qui eum flocci fecit, Patri A. . . dignitatem, quam ipse eidem contulit, servare volens. Ergo Provinciali refragatur, querit Religiosus hic.

I. An tuta conscientia possit urgere depositionem Patris A. . . qui præterea fraudulenter ab Archiepiscopo approbandum curavit Religiosum; qui in postremo Provinciali Capitulo tanquam suspectus criminis Catalani cum puella patratu rephensus fuit.

II. An huic depositioni insistere teneatur, non obstantibus Provincialis minis, cum memo alius id facere possit, vel egredi audeat?

III. An in Penitentia Tribunali audire & absolvere possit dicti Patris A. . . Confessarium, ingenue fatentem, eum contra sua factæ Prælarum esse?

IV. Quoniam Religiosus hic idem ad Generalem appellare

non potest, quippe qui excommunicationis minis terretur, nec pecunie satis habeat, ut appellacionis impensis par sit; quem tandem adhibet Judicem?

V. Possent ad Remensem Archiepiscopum, tanquam Sanctæ Sedis siapte natura Legatum confugere? Præsertim cum Regis Edictum 24. Martii ann. 1696. declarat expressis verbis, Archiepiscopos, vel Episcopos de aliqua Monasteriorum vel ab ipsorum Jurisdictione exceptorum depravatione commonefactos Superioribus Regularibus mandare posse, ut præfens malo remedium afferant.

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut super hac facti specie de cisionem suam proferant.

RESPONSIO.

Equidem censo, mi Reverende Pater, ad ea quod attinet, de quibus ad me scribis, imprimis utile fore, siquidem liceat, ex sanioribus Patribus tuis aliquem consuli, qui rem totam, & animarum dispositionem propius inspicere tibi melius indigabit, quid facere debeas, quod consilii capere, quodque tempus ad hunc finem, videlicet ad successum obtinendum, tuæque Familia malum reparandum magis accommodatum eligere. Cum enim nil aliud propositum habeas, quam ut officio tuo satisficias, si provideatur fore, ut res neutra ex voto, & quicquid egeris, animorum potius perniciam, atque adeo malum auget; satis esse puto te ingemiscere, atque orare, ut a Deo veniam efflagites. Sane nostra fere peculiaria peccata Cælum irritant, & in causa sunt, ut Deus mala permittat, que in Communitatibus gressiri conspiciuntur.

Quod te porro in universam monicum volo, non impedit, quominus super difficultatibus, quas mihi singillatim proponis, meam tibi sententiam aperiam. Te id unum oro, obestorque, ut id omnino reputes, quod ingenue Præfationis in modum tibi a me dictum volui, sperans fore, ut me excusare velis, quod libere dixerim, quod sentirem, cum me amici munere fungi crederem.

Pone igitur ea tanquam vera, qua mihi significas tum de Bulla Clementis VIII. ejusque ex Provincialis, aliorumque parte violatione, tum de tua ipsius impotentia, urgendam negotii servato Juris Ordine, ut malo, quod in tua Familia gliscit, occurras, prout ut quidem præstatum debes, si ea dignitate, atque ætate sis, ut tibi sit auscultandum. Facta ergo rursus hypothesi, te iis rationibus uti non posse, que in Religiosis vulgo servantur, ut nempe querela ad eorum Prælatos ordinarios deferantur, quod, per parenthesis, ægre admodum credi potest; Conscientia Consilium, quod consulum est, censet.

I. Oportere, ut initio statim ad Generalem tuum scribas; ei tu quidem id officii debes, eidem significans Familia tue mala, rerumque statum non sine rationibus, quibus tuæ querelæ nituntur.

II. Si Generalis nullum huic malo remedium afferat, refectque ita, ut se habent; esse patitur, cum ad tempus aliquid expectaveris, potes, atque adeo debes ad Communitatis tuæ publicum bonum de re tota Ordinarium monere, & Regie Declarationis ann. 1696. in Expositione laudata articulo uti. Archiepiscopi erit expendere, quid per eam Declarationem sibi liceat, quidque remedi ad querelas, quas ei tu proproferis, attendendum sit; ejus quoque erit impedire, ne tibi malo sit, quod querelas tuas ad ipsum detuleris si forte id iniecerit.

III. In Penitentia Tribunali Confessarium Patris A. . . non amplius audire debes, perstatum habens, ut tu quidem coram Deo judicas, te ei absolutiorem impertiri non posse, nec te posse monitionibus suis obtinere, ut ille sibi non deest quoad Patrem A. . . cujus confessiones excipit, quem quæ ex quidem ratione, qua cum ipso se gerit, in sententia confirmat.

Decisum Parisiis hac die . . . ann. 1700.

G. Fromageau.

CASUS III.

Religiosus, qui tum ex pensionibus, tum ex Beneficiis gaudet pingui reditu, qui negotiatur, thesaurizat, & fundos acquirit.

- 1 Religioso sine causa gravissimis pinguis redditus ex pluribus Beneficiis, seu pensionibus provenientes possidere non licet; id quidem tanquam certum ponitur in Pontificis dispositione.
2 Equorum, vinorum, aliarumque rerum mercatura tuta conscientia vacare non potest.
3 Religiosus Beneficiarius Prælato suo administrationis provenientium sui Beneficii rationem reddere non tenetur.
4 Religiosus thesaurizantis, contrahentis, negotiantis Superiori impo-

impedire debet, ne Missam celebret, & officio fungatur; & Confessoria ei, ni respiciat, absolutioem negare debeat. Religiosus sua se Communitati adhibere debet, ut ejus legima jura queantur.

QUÆSITUM.

Parisenses Doctores rogantur humillime, ut super hac facti specie suam scripto decisionem producant. Religiosus veteranus Ordinis sancti Benedicti in Abbacia, in qua residet, gaudet reditu librarum bis mille fuz Monachalis pensionis titulo. Præterea librarum ter mille pensionem percipit ex Beneficiis duobus, quæ duobus suis nepotibus resignavit. Denique Prioratu quoque fruitur, qui annuo sexcentarum librarum censu locatus est.

Horum omnium proventuum possessione saltem triginta mille numerata pecunie libras congelit; possidet contractus plures tum suo, tum suorum nomine, & bona alia non mediocria, cuiusmodi est prædium, ex quo pinguem quotannis redditum percipit. Vendit, emit, permutatque quotannis non mediocrem generosorum equorum numerum; hiberno tempore armenta equorum locat. Et fere in cella vinaria exquisita vina sunt ad francorum duo millia.

Religiosus hic in Capitulo semper Monasterii bono refragatur, ut faveat Abbati Commendatario, cum quo Communitati lis est. Quæstis anno est circiter 68. identidem podagra laborans, multique proinde domesticis opus habens, Quamobrem queritur;

I. An Religiosus, qui paupertatis votum edidit, possit, Pontificia dispensationis prætextu, suos omnes redditus, ac tam ingentem pecunia vim tuto conscientia possidere? Debeatne potius in pauperum solatio, iisque Ecclesiis, ac Beneficiis, ex quibus ita distulit, sustentandi pecuniam suam collocare?

II. Potest ne tuto conscientia equorum, armentorum, vini, &c. commercium peragere?

III. An non ille administrationis suorum proventuum rationem Prelato suo reddere tenetur? Hic vero an non id exigendi jure gaudet? Patine potest, ut ille tot redditibus gaudeat pergit? An non id ei injungere potest, ut ad Conventuale Mensam suos redditus conferat, atque impedire, ne quid acquirat, nisi id quidem ad Monasterium commodum vergat?

IV. Potestne Superior Religiofo, qui in ita depravato statu versatur, ut Missam celebret, & divino interlit Officio, permittere?

V. Eumne absolvere potest Confessorius, quin exigat, ut abusus hæctenus declaratos de medio tollat, & paupertatis votum, quod edidit, servet?

VI. Potestne Religiofo hic Communitati sua se semper opponere, dum illa apud Judicem sua jura ac privilegia tuetur adversus Abbatem Commendatarium, qui non definit eandem impotere, eique perniciem afferre conatur?

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum censet, quamvis Pontifex gravibus iustificet de causis Religiofo permittere possit, ut Beneficium possidet, & ex aliis Beneficiis pensiones percipiat, raro tamen fieri, ut ex causis tales existant, quia hæc Beneficium & pensionum pluralitas Religiofo potissimum communi jure prohibetur. In dispensationum negotio tam gravibus causis est opus, ut admodum pauci tuto conscientia eiusmodi dispensationibus uti possint. In proposita facti specie nihil est, quod Religiofo, de quo agitur non condemnet; nimirum ille contra paupertatis editum votum pinguis proventus possidet, qui et tam parum sunt necessarii, quibusque utitur, ut thesaurizat, atque commercia proprio statu prorsus indigna. Debet ergo in foro conscientie Beneficia & pensiones, quibus fruitur, abdicare, & sua monachali pensione contentus esse; cum enim ea bis mille librarum sit, ejus sustentationi, quamlibet infirma fit valetudine, satis superque respondet. His principii loco positis, Consilium respondet.

Ad quæstionem primam; Religiofo hunc tam pingui redditu, ex Beneficio, duabusque pensionibus proveniente potiri non posse, quia non satis graves ei causæ prælo fuerunt, ut a Pontifice dispensationem efflagitaret. Verum esto ea dispensatio fuerit iustitæ consona, non potuit ille numerata pecunie libras triginta mille legitime congerere, & suo, suorumve nomine contractus transigere; hæc nimirum accumulatio non aliunde esse potest, quam ex temporalium bonorum immodia, ac præpostera cupiditate. Jam vero si hæc cupiditas in simplici Beneficiato est vituperanda, ut dubitari non potest, multo ea pejor est in Religiofo, cujus animus a terrenis rebus paupertatis votum longius abducit, votum non potest, multo ea pejor est in Religiofo, cujus animus a terrenis rebus paupertatis votum longius abducit, votum non potest, multo ea pejor est in Religiofo, cujus animus non contendit, dum ei Ecclesiasticorum bonorum, que possidet, administrationem concessit; hæc enim permissio semper

administrationis juxta Ecclesie regulas & mentem peragende obligationem supponit.

Ad secundam, Religiofo non posse tuto conscientia equorum, vinorum, aliarumve rerum mercatorum esse; id enim ei sub excommunicationis pœna prohibetur in jure: sub interminatione anathematis prohibemus, ne Clerici, vel Monachi laici causa negotientur. Videndus super hæc prohibitionem Pelizarius tom. 1. tract. 6. cap. 10.

Ad tertiam, Religiofo Beneficiatum non teneri Prelato suo administrationis suorum proventuum rationem reddere, cum eos impendit juxta Canones, ut nempe pauperibus optuletur, & Beneficii oneribus satisfaciatur. Dum ei Titulus collatus est, collata quoque est ejusmodi administratio; hæc illum consequitur, inquit Pelizarius; adeoque ex Clementina prima de suppl. negl. Præl. §. eadem Prælatus fere Beneficiato Religiofo mandare non possit, ut ad Conventuale Mensam Beneficii sui redditum ex parte conferat. Ad duas pensiones quod attinet, de earum usu Prælatus videre potest, quia quoad hunc articulum Religiofo eidem subditur.

Ad quartam, necesse esse, ut Prælatus, qui Religiofo sui avaritiam, animique terrenis hisce rebus addictum, nec non commercium, quod contra Ecclesie sanctiones ac mentem exercet, probe noverit, primo quidem de malo, ac de publico scandalo eundem admoneat; quod si ille respiciere, ac regulis in hac facti specie necessario prescribendis obtemperare noluerit, tum vero Missæ celebrande, divinique Officii peragendi permissionem eidem denegat. Potest etiam Prælatus post ireratas monitiones in eum juxta Monasterii regulas, & consuetudines inquirere. Beneficio, pensionibusque privare, pecunia, & contractibus spoliare, idque omne partim ad Conventus, partim ad pauperum utilitatem impendere, partim denique locorum, & quibus proventus percipit, Ecclesiis applicare. Quia tamen Religiofo hic est propa septuagenarius, & podagra valde laborat, potest proinde Superior Monachalem pensionem, que bis mille librarum est, eidem relinquere, ne inter eas agitudines, quibus premitur, necessaria subsidia desideret.

Ad quintam, hujus Religiofo Confessorium ei absolutioem denegare debere, si ad bonam frugem redire, hoc est negotiationi renuntiare, nec amplius thesaurizare noluerit.

Ad sextam, ac postremam quæstionem, Religiofo, ut pote membrum Communitatis, a qua habet alimentum, ac cetera communis vite adjuncta, ejus jura ac privilegia, que legitima supponuntur, tueri ac propagare, debere adversus eos, qui eadem impetere vellent, atque adeo contra Abbatem Commendatarium, si ea ledere aggredierentur.

Decisum in Sorbona hac die 31. Maji ann. 1698. G. Fromagen.

CASUS IV.

Charitatis Religiofo, qui ad alium Ordinem tranfit.

- 1. Frater Charitatis Professus ab Ordine suo recedere nequit, ut in Monasterio Septifundii Religiofo nomen det; ejusque professio nulla foret. 2. Penitentiaris Brevis, quod in Romana Curia obtinuit, ut a Septifundio ad Cisterciensem migraret, nullam est, & ille quidem ad Charitatis Fratres redire debet.

QUÆSITUM.

Religiosus Charitatis jam Professus ad Septifundii Abbatiam se recipit, ibique Professionem edidit, quin Ordinis sui Superiorum permissionem obtinuerit; tum ut Septifundii Religiofo Professori Romana Penitentiaris Brevis, quo ad Cisterciensem migraret, petiit, obtinuitque. Quid sentendum de Professione in Septifundii Monasterio edita, quidque de Penitentiaris Brevis, ut ille ad Cisterciensem gradum faceret?

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum censet, Religiofo, de quo in expositione dictum est, & cujus Congregatio in Gallia Fratrum Charitatis dicta a Pio V. ann. 1572. approbata est, ad Monasterium Septifundii tranfire, ibique Professionem edere non potuisse; ratio est, quia Clemens VIII. in Bulla ann. 1595. Charitatis Religiofo prohibet, ne a Congregatione recedant, eive renuntiant, cuiusmodi generalis permissionis vi, etiam Sanctæ Sedis, atque ita se se extant a voto pauperibus interveniendi in hujus Congregationis Hospitalibus.

Nulla quoque est Professio hæc ex Bulla Urbani VIII. num. 19. v. Sacrosanctum &c. ann. 1624. ubi Pontifex §. 2. Charitatis Fratribus communia reddit ea privilegia, quibus gaudent

QUÆSITUM.

Professionis formula, qua sancti Benedicti Monachi utuntur, ejusmodi est: Premisso stabilitate & conversionem morum meorum, & obedientiam secundum Regulam sancti P. Benedicti, coram Deo, & Sanctis ejus.

Id in quæstionem vocatur, ea ne verba, coram Deo, & Sanctis ejus, contineant nec ne proprie dictum jusjurandum, quemadmodum videtur asserere D. Thomas 2. 2. quæst. 89. art. 1. ad 3. Duplex, inquit, est modus jurandi: unus quidem per simplicem Dei consecrationem, sicut cum aliquis dicit: est mihi Deus testis, vel coram Deo loquor, vel per Deum, quod idem est, ut dicit Augustinus; seu cum jusjurandum voto additur, quod quandoque contingit, ut ait idem Sanctus Doctor: Votum interdu confirmatur juramento, ut per duas res immobilis major firmitas habeatur, ibid. art. 8. ad 2. Si verba ea verum juramentum voto additum complectuntur, confessus erit Religiofo Ordinis sancti Benedicti mortaliter peccaturos, si vota sua vel in re veli transgrediantur, quandoquidem Sancta Sedes censura notavit ejusmodi propositionem: Vocare Deum in testem mandati levis, non est tantum irreverentia, propter quam velis, aut possit damnare hominem.

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum censet, I. constans firmumque non esse in ejusmodi verbis, Coram Deo &c. veri nominis juramentum adesse, nisi votentis ea sit intentio, ut eorum, que promittit, Deum testem appellet, & possunt enim ea pronuntiar vel in modum enuntiationis, ut si quis Deo promittens diceret, Deum enim cognoscere, ac probe fidei promissionem sinceram esse; vel per invocationem, ut nempe Deus ejus voti, quod eidem fit, testis statueretur, & in hac quidem posteriore facti specie jusjurandum adesse, in priore autem non adest. Ut igitur innotescat, an Benedictinorum vota jusjurandum proprie dictum adjunctum habeant, videndum est, que sit votentis intentio, quæque Ordinis consuetudo; si enim Novitius ante Professionem moneatur votis, que pronuntiaturus est, juramentum conjunctum esse, non amplius dubitari poterit, quin verba, de quibus agitur, veri nominis jusjurandum contineant.

Sylvius in laudatum D. Thomæ locum ita rem explicat a Responsio quædam esse formas juramenti, que non semper continent juramentum. Nam hæc: coram Deo loquor, Deus me auctor, Deus scit me verum dicere, juramentum non continent, si tantum dicantur enuntiative, ita ut is, qui talibus verbis utitur, non intendat Deum revocare in testem, sed tantum commemorare, seu enuntiare, quod Deus, qui omnium est cognitor, etiam quod dicitur, cognoscit. Si autem pronuntietur invocative, invocando scilicet testimonium divine veritatis, juramentum continent. Tum ergo prolata talis sententia, quando vel intentio profertur, vel usus loquendi habet, ut accipiatur tanquam juramenta, vera juramenta sunt; alia non sunt.

II. Sed ut in iis verbis juramentum existere poneretur; illud quidem promissorium esset, assertorium non est, ut Theologi dicunt; ac proinde Religiofo, si dum promittit, prestanda fidei intentionem habet, potest in executione peccare tantum venialiter ratione parvitaris materia, atque a voto levibus in rebus deficientis, infidelitatis potius, quam parviti peccatum committit. Consili super hæc re potest Layman, dum de assertorii, ac promissorii juramenti discrimine verba facit; ita quoque statuit Sylvius: Unus omne perjurium defectu veritatis præsentis, est peccatum mortale; non autem omne illud, cui congrit defectu veritatem in futuro; sicut nec omnis voti fractio. Sane convenit, in juramento assertorio materie levitatem a mortali culpa non excusare; quo quidem sensu propositionis supra allata condemnatio, quam Sancta Sedes pronuntiavit, explicanda est: verum asserunt vulgo Theologi in promissorio jurando materie levitatem existere posse; & hoc in sensu ejus culpa, qui illud levibus in rebus violat, tanmodo venialis est.

Decisum hac die 3. Novembris ann. 1704. Germanus Fromagen. Piræ, & Prætelles.

CASUS V.

Jusjurandum Religiofæ Professioni additum.

- 1. Non subest veri nominis jusjurandum verbis hisce Professionis Benedictinorum: Coram Deo, & Sanctis ejus, nisi, qui ea pronuntiat, jurandi intentionem habeat. 2. Discrimen inter jusjurandum assertorium, & jusjurandum promissorium, in priore materie levitas non efficit, ut perjurium sit veniale peccatum; bene vero in posteriore.

Decisum hac die 27. Februarii ann. 1699. G. Fromagen.

CASUS VI.

Religiosus, qui appellat tanquam ab abusu.

Religiosus, quod ab obedientia sibi a suo Superiore significata ut ab abusu appellaverit, non propterea excommunicationi obnoxius est.

QUÆSITUM.

TU mihi, queso, ignosce, Domine, quod audeam rogare sententiam tuam, aliorum quoque & locis tuis nomine subscriptam, super negotio, quod ut suscipiam, charitas una

una efficit, ut nempe, si fieri possit. Religiosum e misero statu, in quo ab annis quinque & amplius jacet, educam.

Degebat ille in Conventu, quem suis agritudinibus accomodatam putabat; ejus Provincialis utens jure suo ei obedientiam exhibuit, ut in aliam Familiam se conferret; reventi ea juridice significata fuit; ab ea ipse tanquam ab abusu appellavit ad Senatam; negotium ad contentionem deductum est; ille litem perdidit, & tunc quidem obediit, & ad Conventum sibi prescriptum concessit. Tum vero Superiores eum monuerunt, ipsum appellationis causa excommunicatum esse; ille contra stetit, maluitque Sacerdotalis officii & Sacramentorum privationi subesse, quam abolutionem, vel ad causam, petere, quod se appellationis sue vi Ecclesie rebellem non fuisse contenderet, non ignorans, ut ajebat, ejusmodi appellationes in Gallia in usu esse, permissive. Ordinis tamen Constitutiones a Pontificibus approbatae, & a Provincia Religiosis acceptatae appellationes has sub excommunicationis Pontifici relevata poena interdicunt; ita quidem in Clementis VIII. Bulla, qua Pontifex Prelatis mandat, ut huic articulum exacte servandum curent, nisi Appellans intra triduum ab appellatione desistat. Porro Religiosus hic Theologie Professor, ac doctus vir est, tantumque abusu desiste inquitur, ut se excommunicatione irretitum putet, ut potius Prelatos fama reparationem sibi debere persuasum habeat, semper ille Religiose vixit, multasse majoribus Provinciae muneribus defunctus est.

Ex te quidem, Domine, super hoc negotio positiva ac precisa ratio queritur, ut illud in Conventu sub hujus mensis finem habendo finire possit.

RESPONSIO.

Jam equidem super hoc negotio consultus fui, respondique, Religiosum huic mihi quidem excommunicatum non videri, quod tanquam ab abusu appellasset; simulque rem contenti cum nonnullis e sociis nostris, qui pariter in sententiam venerunt; I. quia excommunicatio non infigitur ipso facto; II. quia esto ita res haberet, cum appellationes tanquam abusu desiste inquitur, non apparet, qui legitime excommunicari possit is, qui inde se sibi posse putat praesidium querere.

Itaque spectat appellatio tanquam Juris forma, qua nonnunquam uti licet.

Nonnunquam, inquam, non tamen semper; universum quippe status est suis quemque Prelatis obsequi; ac mihi quidem persuasum est eum se peccare, qui non obsequitur. Quomobrem censore Religiosum, de quo queritur, per inobedientiam graviter peccavisse; sed aegre admodum adduci possum, ut credam eum excommunicationi obnoxium esse, quod tanquam ab abusu appellaverit.

Decisum hac die 18. Aprilis ann. 1793. G. Fromageau.

CASUS VII.

Religiosus, qui Professionem suam nullam putat,

- 1. Professo Religiosus, qui proprii status obligationes, quam late patenter, nesciverit, non propterea tanquam nulla spectanda est.
2. Simonia eam nullam non reddidit.
3. Dicitur Religiosus, quomodo extra suam Monasterium ad Divinum Officium obligatur.

QUESTITUM.

Sempronius, satis honesto genere, in lucem prodit brachio minor; contenditque se a matre, quae eum ferre non posset, nutrici traditum, deinde apud minutos homines pensionarii titulo postum, ac ratione, quae gradum suum non deceret, educatum fuisse. Supremum diem obiit Pater, cum Sempronius adhuc junior esset, cumque familiae suae excidium creasset.

Octavo aetatis anno alendus datus est in Alumnorum Academia, mutato nomine, ne in Familia dignosceretur, nec omnino data est opera, ut in studiis proficeret.

Quindecim annos natus a Matre accitus ex ea intellexit sibi nihil in bonis esse, atque oportere, ut, capto consilio, sibi proficeret.

Sempronius aetatis, atque educationis defectu, quid sibi vellet, consilium capere, mente non affectus aufugit, se in lacrymas dedit, atque hoc more capto perditu jaciuit.

Nunquam tamen ei Mater dixit se ab eo unum, quam aliud consilium suscipi malle.

Aliquanto post una cum familia amico in villam missus, ubi eoque, ut se determinaret, & consilium caperet, magno-

pere sollicitus responsi loco lacrymis usus est, identidem sciscitatus, quid hoc rei esset, nempe consilium capere.

Ductus est apud Religiosos, quorum magna licentia, & vix nulla est disciplina; tum amicus ex eo quaesivit, in illud Monasterium ingredi vellet. Ei nihil unquam Mater ea de re; miratur nihil, sed multum potius dexteritatis, humanarumque rationum, quae ex pravo statu rerum familiae, & ex commoda eorum Religiosorum vita petita sunt; tum vero Sempronius inconcluso ac temere in illud Monasterium ingressus est.

Probationis annum exlex, & absque ulla pietatis praxi transiit, trocho semper ac pluma ludens; tum actum est de Professione; Mater Monasterii bono stipulata est librum decem millia; & quia Sempronius mancus est, multa stipulationi locus fuit; si contractus ad examen revocetur, erit, quod simoniacus appareat; id quod consulens non animadvertit.

Denique Sempronius vota edidit, voluntatis expers, ut ait, necius quid esset, quod ageret, quibus se obligationibus irretiret, quamque sanctam vitae rationem suscipere; sed perterrefactus, & sollicitus a suis, nec melius, quam quod caperet, consilium cognoscens. Fatetur tamen ea de re Matrem sibi ne verbum quidem; se porro ei gratificari, ejusque voluntatem facere credidisse.

Ait Mater se in id operam omnino non contulisse, adeoque Sempronium pridie ante Professionem ad multam diem cum Patro collocatum esse, qui quidem ei, quas obligationes contraheret, ad vivum significaverit, cumque eum in proposito persistere animadvertit, ei suam benedictionem tribuerit. Atque ita quidem se res habuit.

Edita Professione, Sempronius, cum haud suo statu contentus esset, animo vehementer haesit; quinquennium transiit, quin reclamaret, ac sepe consulit; ait sibi Doctores alios aliter respondisse; demum ex animo cupiens suam conscientiam in tuto ponere;

I. Querit, an se tanquam Religiosum spectare debeat, cum eum statum suscipere voluntatis & cognitionis expers, & quadam adactus majore vi, denique rationibus Christianam pietatem minime praesertentibus seductus tractatus? Nec opinari, nec sibi persuadere potest, obligationis, quam tanta cum levitate contraxit, se rationem Deo reddiditum.

II. Facta hypothese contractum, de quo dictum est, simoniacum fuisse, an non ejus vota nulla essent, & ipse libertate gauderet?

III. Dum non amplius in Monasterio degit ex sui Directoris consilio, propter pericula, quibus ejus salus obnoxia est, ac dum nihil ex eo percipit, teneturne tanquam Canonicus Regularis Breviarium recitare?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum, qui propositam facti speciem vidit, & expendit, existimat, ut triplici in ea contenta quaestioni responderet;

I. Professionem Sempronii inter Canonicos Regulares validam esse; prius enim quam eam emitteret, obligationes, quas sobitus erat, satis perfectas habuit; his siquidem sibi a Patro exhibitis, mansit in Religiosis suscipiende proposito. Fatetur ipse nimis non extitisse; porro quae ad Professionem requiritur, caruisse. Tantula, quia praedixit erat, humanarum rerum, proprii status, familiarium negotiorum cognitio satis iusta causa esse potuit, quamobrem liceret Religionem amplecti, hoc est eam vitae rationem, qua in praesentibus circumstantiis nulla sibi utilis, aptiorque esset, institueret. Haec agendi ratio videtur hominis in hac rerum conditione sapientis, & consulto, non temere agentis; atque adeo asseri nequit, Sempronium, dum Professionem edidit, consilii ac mentis non satis competem extitisse.

Quod si obligationes regularem statum committentes quam late patenter, animo non est affectus, non inde tamen sequitur ejus Professionem nullam esse, si enim id sufficeret, de eorum, qui aetatis anno sextodecimo regularem vitam inveniunt, Professione dubitandum foret; hac enim aetate pauci sunt, qui obligationes, quas contrahunt, periculis cumulateque cognoscant. Atqui praesumendum est, eum, antequam voveret, satis ex Patro, quid ageret, intellexisse. Ille quidem, prout in praesentia cogitat de statu suo, de quo dolet ac queritur, facile sibi persuadet obligationis contrahenda voluntatem sibi Professionis tempore non fuisse; eo praetextu se liberum credit; sed ex facti, prout in expositione declaratum est, omnibus circumstantiis apparet, ei satis voluntatis, ut vota ederet, adfuisse. Quomobrem est, cur ejus Professio valida censetur.

II. Eto ea Professio esset simoniaca, non tamen propterea nulla foret. In Beneficario negotio Simonia quemvis actum nullum reddit; praesentatio, proviso, electio, resignatio simoniaca nulla est; haec omnia jus abrogat, irritaque; ac in Jure nihil est, quod Religiosam Professionem, quae simonia-

ca est, abolet, & irritam reddat; immo vero in Jure ipso eam validam esse pro certo ponitur, quoniam in Capite de Regularibus de simonia, & in Cap. Quoniam ord. statuitur, ut Religiosa, quae per simoniam in Monasterium irrepit, in aliud compellatur, quoad vixerit, penitentiam actura, vel si in suo persistit, gradu cadat, & ad sedem infernam rejiciatur; ex quo concludunt Canonice Simonia Professionem nullam non effici. Hanc sententiam praefert D. Thomas 2. 2. qu. 100. a 8. ad 1. c. Ita pariter Romanorum cap. Quoniam, simonia non impedit Monachatum, licet impediatur licentiam habere in illo Monasterio. Barbosa in cap. Quoniam cum 6. Pez. Hartz tom. 1. tract. 3. cap. 1. qu. 25. num. 63.

III. Sempronius utpote Chori Religiosus tenetur ad Breviarium ex consuetudine praescripta; ad id etiam tenetur ut Canonicus Regularis, quia censetur Beneficiatus: Quamvis ergo ex sua Monachali sede nihil percipiat, satis est eum, prout Canonicus est, eo jure gaudere, & in ipsius potestate positum esse ut eodem traxerit, si nempe ad Monasterium redierit, ut proinde ad Breviarium tenetur. Nempe Sempronius ex Monasterio in praesentia nihil percipit, quia, Directoris ita suadente, ex eodem egressus est, ne propriam salutem in discrimen adduceret; haec autem egrediendi ratio canonica non est, adeoque ille quamprimum reverti, sibi que deinde consulere debet, conscientiae suae Moderatoribus in consilium adhibitis, ut vel ad aliam Familiam, vel ad alium Ordinem migret; interim vero Officium suum quotidie recitare debet, ad id obligatus & ut Chori Religiosus, & ut Canonicus Regularis.

Decisum hac die 29. Decembris ann. 1604. G. Fromageau.

CASUS VIII.

Religiosus, qui strictiori, quam par est, Ordini nomen dat.

- 1. Qui certus est Regulam, de qua suscipienda cogitat, ita supra vires suas posse esse, ut quamprimum sibi mori in die futura sit, si se debere acquit, quia propria mortis vires sit.
2. Respondeo ad objectionem ex Carthusianorum praxi ductam super abstinentia carnis, quae nec in morte permittitur.

QUESTITUM.

Homo, gracili corpore, Trappensem Ordinem amplecti vehementer optat, eo animo, ut laboriosa penitentia adolescentiam licentibus transactam expiet. Dum monetur ejusmodi vitam asperiores esse, quam ut ei par se ejus corporis habitu, ac certo fore, ut eidem succumbat, respondet objectionem hanc rationi consonam fore, si ad Trappensem coneretur, ut ibi viveret, se porro eo pergere, ut moriatur, Deoque sui ipsius Sacrificium offerat, quippe qui nihil aliud post tot ac tam gravia peccata eidem offerre possit. Magnus is quidem zelus est, ac eumne scientia moderata? Licetne vite statum ultra proprias vires positum suscipi? Licetne inter penitentiam laborem mori queri? An non qui ita se gerit, homicidii proinde reus est? An non ille propriae suae morti directe cooperatur, praesertim cum sit vero humillius fore, ut laboribus suis succumbat?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, hominem, de quo agitur, non facile iis credere debere, qui ut a Trappa eum absterreat, ejus vitam, quae ibidem datur, ejus valetudini asperiores esse, ac certo fore, ut ille eidem succumbat. Ingenita mollities, levisque timiditas nonnunquam in causa sunt, ut amici, idemque vel silentia praesertim, Deumque tentantes nos ita perterrefaciant. Ut agitur ille, sui quid re scelerent, quid valeant humeri, magis magisque cognoscat, prudentes plique viros, atque adeo doctos, divinaeque Legis perites Medicos, qui quidem blanditiis non studeant, in consilium adhibere debet, saepe ipse probare potest, ac Novitatum quoque aggredi, ut vitam suam periculum faciat. Vide Auctores ad marginem appellatos (*).

Post ejusmodi circumspectiones si quae sibi proposita sunt, eam vero congruere, itaque re ipsi in omnibus altaris circumstantiis versari intellexit, nec ipse ad Trappenses Religiosos accedere, nec ab iis admitti potest: certum enim argumentum, quoniam ad statum aliquem non vocari. Illud est, cum nempe nec ejus obligationes impleri, nec exercitia fervari possunt. Quomobrem cum is, de quo agitur, adeo infirmo corporis habitu sit, ut probabilis, hoc est moraliter

certum sit fore, ut quamprimum succumbat, se ille huic Monasterio dedere omnino non debet.

Respondet se eo pergere, ut mortem occurrat; atqui id ei minime licet. Non sicut ultro suscipiendi labores & quibus mors certo futura sit; quia qui ita agit, directe sine ipsis morti dat operam, ejusque se reum facit, v. cap. non morietur nisi 5. de consuet. Toler. l. 5. c. 6. n. 14. Sane non semper oportet propriam vitam protrahi quocumque modo, sed nec ejus imminuenda intentionem haberi, vel ea fieri licet, quae ad id directe referantur, nisi eo moveat paenitentia infirmus Divini Numinis, quod haud leviter creandum est.

Penitentiae porro de juvenilis aetatis licentia agenda consilium, quod homo hic sibi proponit, ad hanc agendi rationem tuendam non sufficit; si enim sufficeret, nunquam vituperari possent extrema, ad quae praepoltero zelo se quidam abripi sinunt, sibi semper bonum finem in susceptis asperitatibus exhibentes; haec nimirum vel bona vel mala sunt, non ob propositum modum, sed eum ad circumstantias, quae ea comitantur: Exercentia corporalis, inquit D. Paulus, ad vitam utilem est, id quod D. Thomas, alique Interpretes de corporis maceratione intelligunt. Ea quidem non solum prodest, cum inordinatis animi motibus reprimendis intersit; itaque subdit D. Paulus, pietas autem ad omnia utilis est; ut nempe austeritates haec eatenus tantum permittat, quatenus vera pietas eas moderatur. Cum ergo Religiosis exercitia reddunt hominem ratione infirmo valetudinis ineptum pietatis officii, quae in Religione servantur, rationi repugnant eadem suscipi. Quisquis id agit, Deum laedit, quia contra rationem agit: Rationis homo, inquit S. Thomas 2. 2. q. 147. art. 1. ad 2. dignitatem amittit, qui jejuniis caritati, vel vigiliis sensus integritati praesert.

Tantum abest, ut Paulus Apostolus crederet austeram vitam suscipi posse accelerande mortis animo, vel cum futurum praevideatur, ut inter ejus exercitia succumbatur, ut potius ad Discipulum suum Timotheum 1. c. 3. ita scripserit: Noli equum habere, sed modico vino utere propter Monachatum tuum, & frequentes infirmitates tuas.

D. quoque Augustinus austeritates, quae valetudini graviter efficiunt, a consilio alienas putabat; quomobrem ajebat in sua Regula tom. 1. n. 4. Carum vestram domatam jejuniis, & abstinentia esse & potius, quantum valetudo permittit. Ratio autem in promptu est, quia nempe vite nostra domini nos ipsi non sumus; & charitati, quae sibi imitari debetur, respagat ejusdem vite contractionem expelle velle, quoniam id propositum sit, ut ejus Sacrificium Deo offeratur.

Abstinentia, vigilia, labor, atque alia molesta exercitia, quae magis in Trappensi, quam in aliis Religiosis Familiis in more posita sunt, in laudabilium ac permittendum ream sunt numero; & quamvis interserviant, imminuende sensum vite, quam Religiosus vivere possit, praescripta sunt tamen in Regula, quam Ecclesia probavit, & ab iis sunt instituta, qui divino spiritu se afflato exhibuerunt; ea Supremi Pontificis rata esse voluerunt; sanctitate ac doctrina praestantes viri, qui haec in Familia flourerunt, eadem exemplo suo confirmarunt. Hinc satis evincitur ea rationi contraria non esse, nec ex immoderato zelo provenire, & sane annime utilia sunt ad comparandas virtutes, ad cohibendas cupiditates, ad proximam edificandam, & quodammodo sunt necessaria, ut pericula penitentiae ratio & exemplum in Ecclesia custodiantur; verum enim vero genus hoc vite non congruit universis ac singulis, nec desunt inter homines, qui illud aggredi sine culpa non possent.

Divinus cultus, inquit D. Paulus Rom. 12. rationem adjunctam habere debere: Rationabile sit obsequium vestrum; hoc est, ut explicat D. Thomas in corporis macerationibus, & penitentiae exercitiis prudenter videndum, ne quid nimis; in quo quidem deficit, qui asperitatibus ultra vires se dedit, ac proinde jejuniis & abstinentiis universo fidei populo ab Ecclesia praescriptis impar evadit; haec S. Basilii sententia est lib. de ver. Virg. paulo post inferiam. Jejunari potest, inquit D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 1. ad 2. ut aliqua corporis infirmitas evitetur, vel ut opus aliquod alacritas suscipiatur; non potest, quod potius est, ut aliqua spiritualia mala vitentur, vel ut alicui bono promptius aptiusque vacetur: Ratio judicet, quod propter aliquam specialem causam aliquis bono minus sumat de cibo, quam sibi competeret secundum statum communem: sicut propter infirmitatem vitandam, aut ad aliquam opera corporalis expeditius agenda; & multo magis ratio recta haec ordinat ad spiritualia mala vitanda, & bona prosequenda: Tum subdit S. Doctor: non tamen recta ratio rationem de cibo subtrahit, ut natura conservari non possit, quia, ut Hieronymus dicit, non desere, verum magno, vel parvo tempore se interimit.

Possit hoc loco obijci consuetudo Carthusianorum, qui ne in mortis quidem articulo jus ex carne sumere, vel carnem edere possunt, etiamsi Medici crederent id ad Religiosum vitam producendam necessarium fore.

Respon.

(*) Sairus de Reg. l. 7. cap. 9. num. 19. 28. Reginal. l. 21. num. 48. Sanchez l. 5. Confil. dub. 53. 34. Diana tom. 3. tractat. 2. resolut. 136. tract. 4. resolut. 32.

Respondenti I. Carnis usum non ita huic Religioso jam iam morienti necessarium esse, ut ne alio cibo suppleri possit.

II. Religiosum non tenari omnibus omnino remediis uti ad propriam vitam tuendam; potest ille confectio alimento contentus esse, nec tenari delicatius oblationem querere, quamvis sciret illud in causa fore, ut vita protraheretur. Non censetur autem Religiosus hic sibi directe mortem consciscere, sed tantum non eam, quibusdamque possit, rationibus impedire. Eius porro, qui ad Trappam contendit in his circumstantiis, de quibus supra, non eadem est ratio, quia directe morti sue cooperatur, dum vitæ genus aggreditur, supra ipsius vires aperte positum, & in quo futurum supponitur, ut certo succumbat.

III. Denique esse Carthusianus agrotans carne omnino opus habere, ut mortem vitaret, possit ille tamen in hac ipsa facti specie ab ejus usu abstinere, ac fortasse teneretur ad commune Religionis bonum, & ad eam disciplinam in Ordine factam testantemque servandam, qua ibidem jamdiu custoditur, cujusque dispensatio pedetentim ad majorem in aliis capitibus relaxationem ducere possit, id quod quam brevissime Ordini perniciem afferret. Id secum animo reputans Carthusianus jam moriturus potest carnem respuere, quamvis pro certo habeat ad vitam producendam ea sibi opus esse, nempe generale bonum Ordinis, sua ipsius vitæ, que non nisi penulter ac privatim bonum est, anteponeat.

Id autem non occurrat in Adolescente, qui ad Trappam se conferre in animo habet, neque enim apparet, ullum generale bonum eidem propositum esse, vel ejus mortem sancti hujus Monasterii Regule ac disciplina præsidio ac succursu esse posse.

Hinc illud consequitur, eum non posse huic se statui devovere, quin se proprie mortis reum faciat, ac Deum offendat, facta hypothese eum ita infirmum esse, ut in expositione dicitur.

Decisum in Sorbona hac die 18. Octobris ann. 1694.

G. Fromageau. G. Bourret. M. Charon. T. Mar.

C A S U S IX.

Religiosus Professus, in Ordine grassante schismate.

- 1 Professus emissa in Sancti Francisci Ordine schismatis tempore, quo Galliarum Provinciales Generali deservierat, non minus validus fuit, quo Superioribus qui eas acceptaverant habebantur legitimi, & titulo colorato gaudebant.
2 Ad objecta Responsum.

Q U Æ S I T U M.

Regantur Sorbonæ Doctores, ut hanc facti speciem diligenter expendant, in qua de validitate Professionis complurium S. Francisci Religiosorum sermo est.

Professionem quidem valere convenit, cum omnes ad bonam Professionem requisitæ conditiones adsint; at si ex eorum modi conditionibus una desit, si causa exempli Superior, qui eam accepit, haud vere Superior sit, valetne Professio?

Ergo Doctores rogantur humillime, ut huic auctoritatis defectum, cujus gratia Religiosus contra sua vota reclamavit, ad trutinam revocent. Ut autem melius judicent, monendi censentur, omnes Fratres Minores, Recollectos, Tertique Ordinis eidem Generali subesse. Generalis Provincialibus subditos recipiendi facultatem concedit, sibi tamen reservato jure permissionem eam revocandi, cum peculiaribus de causis ita expedire judicaverit.

Ann. 1688. Provinciales Minorum, Recollectorum, Tertique Ordinis ob causas singulis Religiosis ignotas eum Generali fixati sunt. Auctoritate sua usus Generalis eos auctoritate spoliavit, irritum nullumque, quicquid egerent, declaravit, & excommunicatione percussit, eo jure mixto, quod Nicolai III. Bulla eidem tribuit, ut videre est apud Marcand in libro, cui titulus: Explicatio litterarum in Regulam Sancti Francisci pag. 55. Diviso hæc in Ordine schisma prædixit ob provincialium pertinaciam, qui quidem vel abnunte Generali Novitios & Professiones recipere non desisterunt. Post annos aliquot se subdidit, venianque petierunt a Generali, qui eos tanquam oves errantes amplexus est, & per Pontificis Breve, quod in Galliam misit, quicquid egerant, redintegrandum, exceptis tamen Professionibus, de quibus Superior tenentur ammonere subditos. Id quidem in autographo Brevis textu certo asseritur, sed ex eo doctrinam, perinde atque alios articulos perduellibus parum utiles.

Ut id credatur, id facit, quod Tertii Ordinis Fratres agentes bona fide, propulerunt, Iusto Diplomate, Professis eorum temporum, ut abirent, vel consisterent: abire nonnulli, ceteri consistere. Hac Fratrum Tertii Ordinis agendi

ratio aperitissimo argumento est, quicquid hoc loco proponitur firmo fundamento nititur.

Recollectorum Provincialis ad Provincie sue Conventus Diplomata exempla mittens, articulum huic (exceptis tamen proff. similibus,) quemadmodum plures quoque alios parum utiles detraheret, vel mutare potuit; quo in casu magis dubia, seu potius nulla Professio esset, quoniam non est nisi per defectum, quam defectum præstat. Ea porro verba detrahta fuisse id etiam evincit, quod Recollectorum Provincialis Decreto ad Familias suas misso mandavit, ut quicumque schismatici tempore professi fuissent, coram sacrosancto Sacramento, in Superioris localis, vel alterius ab eo nominati manu Professionem renovarent; ac si quis ita facere detestaret, penas Decreto suo inflisas subiret; nihil sane firmitus asserti potest. Omnino tamen Sorbonicis Doctoribus negotium hoc dehaerentibus auscultatur.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie subscriptum censet, in Brevis, quod quidem exhibitum fuit, functiones, & excommunicationem, de quibus in Libello supplicii, non occurrere. Cum id ita se habeat. Professiones gratis schismaticæ a Prælati receptæ valide sunt, utpote in eorum manu editæ, qui legitimi Superiores erant, & ejusmodi celebrantur; quod ad Professionum validitatem satis est. Superiores, qui eas acceptarunt, titulo colorato gaudebant, & Ecclesie potestatis vel jurisdictionis defectum, quicumque in eis re ipsa existit, suppleverunt. Ex quo sequitur, Professos eo tempore, quo Recollecti a Generali deiecerant, non posse de Professionum suarum validitate dubitare, vel contendere sibi nunc temporis egrediendi jus esse.

Objici possunt tria; primum, Generalem omnia, grassante schismate, Acta, exceptis Professionibus, rata declarasse. Alterum, Recollectorum Provinciale non obfcurè significasse ejus temporis Professiones nullas esse: quandoquidem sanxit, ut ante sanctum Sacramentum in localis Prælati manu iterum ederentur. Tertium, Ordinis Tertii Fratres Religiosus, quorum Professiones schismaticis tempore receptæ fuerant, liberam esse voluisse, ut vel remaneret, vel recederent.

Respondetur ad primum, Consilium, cum expendit, an quod in Libello supplicii proponitur, ita se habeat, & genuina exempla duo sibi a Recollectis oblata legerit, persuasum esse, Acta ad unum omnia, nullo excepto, probata fuisse; verum esse hujus Professionum exceptionis in Brevis mentio fieret, quod tamen ita non habet, non inde tam sequeretur Generalem credidisse Professiones eas nullas esse. Ad unum fortasse illi sibi voluit, ut Gallicorum Recollectorum Prælatos pueret, suamque iis auctoritatem significaret, manens, ut Religiosus, qui eo tempore professi fuerant, vota renovare juberentur. Vel dici potest ita ab eo ad majorem cautelam mandatum esse, ut eos nempe tutiores redderet, & scrupulis, quibus Religiosus super hoc articulo obnoxii esse possent, remedium afferret.

Responditur hæc objectioni secunde inferre potest.

Ab objectionem tertiam respondetur, facta hypothese Tertii Ordinis Fratres Ita, ut dicitur, sese gessisse, quod tamen vix credi potest, debio preceps essentialium aliquem defectum in eorum Professionibus extitisse, quibus, ut abirent, vel manerent, integrum reliquerunt; tunc enim egressi contra regulam Civili & Canonico Jure statutam, contraque communem Theologorum sententiam, asserentium, id quod errore communi, & colorato titulo factum est, modo ceteroquin cum divino ac naturali Jure non pugnet, valere, obligare, locumque habere debere.

Decisum hac die 3. Julii ann. 1693.

G. Fromageau.

C A S U S X.

Concordium inter Religiosos quatuor ad Officia sibi mutuo perpetuanda.

- 1 Ejusmodi Concordium simoniacum est, & regulis omnibus aduersatur.
2 Religiosi quatuor, qui Concordium hoc interunt, excommunicationi sunt, ac penam quibusvis Officis inhabiles.

Q U Æ S I T U M.

Queritur, an quatuor ejusdem Provincie Religiosi, qui de proprii Ordinis numeribus sibi perpetuandis inter se conveniant, & secretum Concordium in eum finem interunt, censuras subirent, si idemque Ordinis sui numeribus inhabiles evaserint?

Transactum est Concordium inter Religiosos duos, eo qui sequitur, modo aliorum nomine stipulantes.

CON-

C O N C O R D I U M.

Nos subscripti, de Reverendorum Patrum consensu, & ut apparet, de potestate, quam nobis tribuerunt, eorum nomine agendi, promittentes te ratum habituros, quicquid Reverendos Pater A. & ego concluderemus pro pace & bono Provincie; Deum ob oculos habentes, ita ut sequitur, promutivimus:

Primo. Optimum factu judicavimus, ut Concordium clam esset, ad Crucifixum jurare nos ullum ex articulis omnino nemini patefacturos, Deo solemniter promittentes; nos nec directe, nec indirecte, quocumque demum pretextu, nisi inter nos quatuor hæc de re verba facturos.

Secundo. Postquam Religiosos, e quibus constat Provincia hæc, examinavimus, Reverendos Patres N. N. qui sunt idem quatuor, digniores, qui in capite superiores essent, judicavimus.

Tertio. Consensus fore, ut nostrum duorum alterutrum in proximo Capitulo Provinciali nominetur.

Quarto. Fore, ut Provincialis in proximo Capitulo electus alteri aliorum duorum, quorum nomine nos hanc conventionem inimus, dignitate suam remittere teneretur.

Quinto. Quod attinet ad suffragia pro generali proximo Capitulo erunt, duo ex quoque parte quatuor in secundo articulo nominatorum, & quintum de quatuor supra nominatorum consensu; omneque ibunt in sententiam Reverendi Patris A. in hoc generali proximo Capitulo; ad alia officia quod spectat, de eorumdem quatuor consensu ex æquo & bono distribuentur.

Sexto. Declaramus in hoc articulo sexto futurum, ut Definitores Provinciales eligantur partem ex loco... partem ex alio loco... semperque de Reverendorum Patrum supra nominatorum consensu; denique conclaudimus hoc presens Concordium, promittentes, nos deinceps unanimis, & preteritorum immemores fore. Factum &c. Subscriptus, Agens pro me, F. Agens pro me, & pro Reverend. P. A. Et pro Rev. P. &c.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie subscriptum censet, Concordium inter quatuor memoratos Religiosos initum recto ordini, & Religionis menti adversari, Simoniacum esse, & ejusmodi, ut Religiosus numeribus iis, ad que deinceps eligerentur, possidendis ineptus reddat.

Nulla tere est Religiosa Familia, in qua per Regulam & Constitutiones peculiariter non sit vetitum, ne ambitu & conspiratione officia tum sibi tum alteri conquirantur. Et sane nihil est Ordini, vel singulis Monasteriis que perniciosum, inquit sanctus Bernardus Serm. 6. in Psalmum Qui habitar: Est enim venenum secretum, pestis occulta, doli ariflex, vana insidiatio, iniquæ oritur invidia, dissensionis, rixa.

Est etiam Concordium hoc regulis, rectoque ordini oppositum, cum ratio postulet, ut officia dignioribus conferantur; jam vero hujus Concordii vi contendunt hi Religiosi quatuor se in Ordinis numeribus perpetuare, atque alios excludere; quodcumque demum eorum meritum fuerit, se iis antereferunt presumptione, qua nimirum indigni sunt. Sane conveit esse nonnquam apprime utile, cum electio aliqua institueda est, presertim si de gravi munere agatur, ut nempe plures mutuo conferant, atque ita eligendorum dignitatem ad trutinam revocent, & alii vicissim aliis facem veluti quamdam præferant, dicitur fere collatio hæc Prælati consultius. Verum ambituos tractatus il, qui cum pactationibus & conditionibus ineantur, damnaudi sunt; eosque pariter damnant Auctores, ut Pelizarius tom. 2. tract. 9. cap. 2. sect. 1. num. 18. & 61. & quæst. 12. num. 20.

Secundo. Concordium hoc est Simoniacum per regulas Juris, qua ad spirituales res quod pertinet, conventiones omnes prohibentur; & per Caput etiam Quæstum de rer. perm. Cap. De tua auctem de Sim. & per alios Juris textus, quos Perinus in medium asserit. Adde potest extravaganis Joannis XXII. Cum deservibile de Sim. qua sub penis in Jure expressis prohibet dignitatem & officiorum electiones, provisiones, postulationes, & confirmationes Simoniacas, que in Monasteriis fiunt, quas Pontifex nullas declarat. Hæc de re consultius Pelizarius, Navarvus in Man. cap. 23. num. 100. §. 2. & de Perinis de sub. qu. h. l. c. 3. §. 19.

Sane vulgo Simoniae poena non contrahuntur nisi in triplici facti specie I. Cum agitur de re Beneficentia; II. de Ordinatione; III. de ingressu in Religionem. Porro non apparet in expositione de horum trium ullo questionem esse. Respondetur id certum esse, cum nullus adeit expressus Juris textus in rem, de qua agitur, cujusmodi postillimum esse possit Extravaganis appellata; sed ut res habet, nullus superest dubitandi locus, qui Concordii hujus Auctores censuras ac penas contra Simoniacos in Jure inflisas subirent, post Bullam Clementis VIII. c. Nullus, an. 1599. quam Bulla alia Urbani VIII. C. Sacra Congregatio 28. ann. 1624. con-

firmavit. Hæc Bullæ ad Regularium reformationem editæ fuerunt. V. Pelizarius lib. 1. in verba, que omnino faciunt ad rem nostram: Ut omnis officium ambibus occasio præclatur, caveant omnes a directis vel indirectis vicibus, seu suffragiorum procuratorum tam pro se ipsis, quam pro aliis tum in Capitalis locorum, tum in ceteris præsertim Capitalis generalibus, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerit, breve alias penas & censuras habituras contra hujusmodi ambientes; & practicanes inflictas, (qua in suo robore permanere voluerint) in penam provisionis officiorum, que abinent, eo ipso incidant, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur, sicut quo a nomine dispensari valent, nisi a nobis, & a successoribus nostris.

Asteri demum possit in hoc Concordio confidentiam exilire; quoniam qui Provincialis, causa exempli, electus fuerit, idemque de ceteris Ordinis Officialis sentiendum, hujus conventionis vi uni ex quatuor officium remittere debet, que sane confidentia est a Pio V. damnata in Bulla Intolerabilis; ex quo inferri potest, Religiosos quatuor in dicto Concordio nominatos hujus officii, & cujusvis alterius possidendi incapaces esse, quamvis Concordium ipsam non omnino consummatum sit.

Ex his omnibus consequens fit, Religiosos quatuor, de quibus in Expositione dictum est, in censuras incidisse, & ad proprii Ordinis munia inhabiles evasisse.

Decisum in Sorbona hac die 14. Maji ann. 1696.

G. Fromageau.

C A S U S XI.

Religiosus a correctione profus alienus.

- 1 Ex sancti Benedicti Regula, & Carthusianorum Statutis Religiosus apostata cum solum correctionis impo habendus est, cum tertio reversus, quarto demum expellatur.
2 Regula, qua Regularium Congregatio non sine Pontificis auctoritate præscribit Superioribus, qui Religiosum vitiorum causa ejiciendum putant.
3 Non spectat ad Episcopum, qui Religioso Ordinis administravit, eundem cum e Monasterio evasis, in integrum restituere.

Q U Æ S I T U M.

Religiosus Carthusianus, cum non ita graviter Ordinis mandata violasset, diuturna penitentia additus fuit; reversus in Claustrum subit bene multas acerbitates, que pravis monitis, ac perniciosis consiliis addite in causa fuerunt, ut statueret a Religione desicere; quod præstitit; fed conscientia stimulis agitatus rediit suapte sponte penitentiam petens errori suo respondentem. Receptus est, ac per annos prope decem, tempus pro ejusmodi culpa æquo longius, in carcere detentus fuit.

Cum noctu nonnunquam Confratres aliquos invitorum egressus esset, eum Superiores insanabilem declarant; eundemque tanquam hominem servandæ Regule incapacem expellere statuerunt. Antequam ei significaretur expulsiōnis sententia, territus est nonnullis minis, futurum nempe, ut ferreo argastulo concluderetur, & aufugit.

Super hæc facti specie queritur I. An secunda evasio hæc apostasia secunda sit, atque an non terror, quo Religiosus percussus fuit, eundem excuset?

II. An Sententiam, que ei significanda erat, adhuc significari possit, eundemque effectum producere debeat, eique ipem omnem adimere ad Monasterium redeundi?

III. An Episcopus, qui ei Ordines contulit, eum redintegrare possit, ut Missam celebret, quoad obtinuerit a Pontifice Breve secularizationis & transmigrationis ad laxiorem, presertim cum res agantur de consensu Superiorum? Hi nimirum Doctores rogant, ut sibi consilium præbeant, declarantes, quid optimum factu iudicent.

Animadvertione dignum est, nihil esse criminis in Religioso, de quo agitur, negotium totum continetur omissionibus, & Regule transgressione; his omnino de causis edita est Sententia, qua declaratur a correctione profus alienus; porro ille Sententia se subdere paratus est.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie subscriptum non illud ad examen revocat, an ob leves transgressiones Religiosus, de quo agitur, penitentia ad longum tempus addici debeat; quia nempe non debuit errata, que quævis in se ipsis levit, gravia tamen sunt habitata ratione perfectionis, quam Ordinum Institutores propostam habuerunt, nec non pravorum effectuum, quos illa possunt in Monasteriis producere. Possunt igitur errata hæc penitentia plus minusve gravi digna esse, prout plus minusve Religionis fini opponantur.

Nec